

Heinrich Christian Tielcke Jodocus Andreas Hildebrandt

Dodecas Thesium Philosophicarum

Rostochi[i]: Wepplingius, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732451418>

Druck Freier  Zugang



R u mic 1689

בגדה
DODECAS
THESIUM PHI-
LOSOPHI-
CARUM,

QUAM,
Consensu Amplissimi Philosopho-
rum Ordinis,
PRÆSIDE

M: HENRICO CHRI-
STIANO *Bielcken* / Rostoch:

In Academia ad Varuum
AUDITORIO MAXIMO,
ad XX. Aprilis
Eruditorum Scrutinio exhibet

JODOCUS ANDR: *Siltebrande* /
Bahn: Pom:

AUCTOR RESPONDENS.

Rostochi Typis JOH WEPPLINGII, Univ. Typogr.
Anno 1689.



⊙. I.



Ognoscibilitas Ens Metaphysicum, ad indolem affectionis unitæ, ne utiqvam, Paronymia transcendentali, denominabit. En! ad æqvata reciprocatio, qvam in attributo Ontosophico, non-spurio, cum *Dno Pascha, Rectore Stargard: in Disp. Ontol. c. de attrib. in genere, Sect. 1. dogm. S. 5. aliisq; poscimus, desideratur.*

II.

Divisionem Potentiæ in absolutam & ordinatam, qvam *Scotus*, contra *Thomæ* mentem, omni, per intellectum & voluntatem agentis, *i. dist. 44.* assignat, recepti usus tenaces, sub hac expositione probamus; qvâ potentia ordinata legum habitudinem, qvam absoluta negat, re-

)(2

spi-

spicit. Addimus tamen, primum, forsan, horum terminorum auctorem, *Thomam*, membra hæc dividenda longè aliter exposuisse. Potentiâ sc. ordinatâ DEUS, ex suppositione *Thomistica*, cuncta, quæ vult, exequi poterit; Potentiâ verò absoluta vel ea, quæ non vult, dummodo Entis ratio in illis servetur, complectitur,

III.

Opinio *Scholasticorum* de influxu causarum secundarum, à causa prima physicè prædeterminato, libertati & contingentia adversatur. Sanè, servato hoc dogmate absolo, *Conditionaliū notitia*, ut aliquis rectè infert, non dabitur. Alia taceo,

IV.

Datur materia prima, sed quæ traditur à *Philosopho* (a) Negativè, quod sit quæ καὶ αὐτὴ μὴτι π, μὴτι ποσὴν, μὴτι ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὡρασημ π ὄν. lib. *Met.* 7. c. 3. (b) Positivè lib. 1. *Phys.* c. 9. T. 82. λέγω ἕλλω τί πρῶτον ὑποκείμενον ἐκόςμ, ἐξ ἧ γίνεται π ἐν-υπάρχοντ @, μὴ καὶ συμβεβηκός. ἢ π φθίρεται π, ἢς τῶν ἀφίξε-τη ἔχουσι. aliquid incommodi habet.

V;

V.

Corporum formas, præter animam nostram, ratione esse accidentales, (& hæ *Cartesio* arrident) ad V. modos v.g. magnitudinem, figuram, situm, motum, quietem, restrictas, cum *Claubergio in Thes. Phys. Th. m. CCI. seqq.* vel Ingeniosi hodie venditant. Substantiales, cum *Peripateticis*, defendimus, modestè circa originem dissentientes. Cæterùm, formas in existendo materiales, communiter cum materia extinctas, Summi absolutâ potentiâ extra subjecta servari posse, *φαινομένως* implicat. Cave tamen, ne de accidentibus, ex *Pontificiorum* mente idem dicas.

VI.

Quantitatis ritè determinata ratio in superioribus versantem admodum, fateor, juvat. Hujus (quantitatis) nulla est efficacia, nisi dispositivè. Hinc ridemus Judæos, gentem superstitiosam,

)(3

no.

nominū Divinorum literis hyperphy-
 ficos effectus stolidè assignantes, atqve
 exin profundissima Myſteria, per aci-
 em, quā pollent, elicentes. De quibus
 nugis prolixè *Abarbanel Comm. in Leg: fol.*
2. Luth. in Script. Germ. Von den Jüden / und ih-
ren Lügen. Tom. 8. Germ. Jen. fol. 88. &c.

VII.

Aqvas, ab aëre & nubibus distin-
 ctas, supra cœlum exiſtere, ſacer codex
 edocet, *Gen. 1. v. 6. 7.* Nec ponderis ali-
 cujus eſt monitum *Aſlachi*; *עקב* cum *ה* de-
 monſtrante aërem notare, *Phyſ. Chriſt. [p. p. 178.]*

III.

περὶ & *μίνον* diſtingvi communiter
 docetur, ſed quo diſcrimine? Paucis:
περὶ eſt Operatio, meram mentis cognitionem in-
 ſecuta, ſupponens ſimul affectuum habitudinem.
μίνον eſt ſubordinata potentia (mentis actu non ex-
 cluſo) operatio, ex habitu, citra *αἴτιον* ad affectus, pro-
 ſecta. Reliqua diſtinctionis *κατὰ μέρος*, pe-
 tita (α) ex opere relicto, vel minus. (β) ex
 bonitate decorante vel ſubjectum, vel
 opera-

operationis terminum sunt à posteriori, & ferè lubrica. Videantur *Arist. lib. 1. Magnor. Moral. c. 35. Burgersdicius in idea Phil. Moral. c. 1. §. 6. seqq.*

IX.

Constet utique in injuria de affectu doloso, *l. 3. ff. l. 9. § 10. C. de injur: ast,* cum actus per se dolum sistit, cessat de agentis affectu (mente, intentione) disquisitio ulterior. Hocce contumeliæ, maximè atrocis, delictum (injuriã atrocem) pœnitentia Politica, delictis consummatis gravioribus generatim deneganda, non penitus evertit,

X.

Homicidium casuale, quod in foro Soli fato non noxæ imputatur, *l. 1. c. ad leg. Corn. de sic. semper,* modò in actum, casu affectum, influxerit rationalis, ligat in Poli foro.

XI.

Syllogismum, sive realem velis, si-
veno-

ve notionalem, *μηχανῆς* Logices finem di-
cimus. Nolis etiam ex Syllogismicum
reliquis notionibus logicis analogia,
rerum supponere convenientiam. Scitè
*aliquis in Noëticiis: Affinitas organica non est affi-
nitas rerum, quod suo modo huc collimat.*

XII.

Ex veris semper verum seqvi, ex fals
sis autem & verum & falsum, *neo-caco-*
Philosophus quidam inficiatur, sed frustra.

Accuratè suo seculo *Philosophus Ethnicus: ἐξ*
ἀληθῶν ἢ ἐκ ἰσῆ ψεῦδῶν συλλογισσαδάμ. ἐκ ψευδῶν δὲ ἰσῆ ἀληθῆς.

lib. 2. Prior: analytic. c. m, 2. Diver-
sitatis ratio dabitur B. C. D.
in conflictu.

Ignito rutilans studio, quo *lemmata* calles
Mista, probata, *sonos sophicos* nunc promere gestis,
Quod monstras *specimen* vigeat! Concordia discors,
Cum bellè vicit Virtus, Encomia spondet.

*In honorem Dni RESPONSURI, Thesum Auctoris
non-personati, candido fudit affectu*

PRÆSES.





